

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dormi Secvre: Vel Cynosvra Professorvm Ac Stvdiosorvm  
Eloqventiæ,**

in qua Centvm Et Viginti Themata Oratoria. Non Solvm Stvdiosis, Sed &  
Professoribus eloquentiæ, ac pietatis veræ amantibus utilissima &  
pernecessaria explicantur ; Cum Indice rerum atq[ue] verborum locupleti

**Tympe, Matthäus**

**Coloniæ Agrippinæ, 1650**

LXIX. Corporis bona in utramque partem, ut vel maximè noceant; vel  
prosint; habere par meritum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38994**

242 POETAS NÓN ESSE MENDACES.

Cic. pro Ar-  
chia Poeta  
vocat san-  
ctos. Plato. 2  
de Rep. Deo-  
rum filios  
multitudinem agrestem & dispersam in civitatem congregatam, & ex immani vita ad humanitatem & civiles mores deductam fuisse.

Plato cum monuit, ne quis Poëtam sibi faceret inimicum intellexit Poëtam lascivum & criminatorem, qui quadruplatur & profiterur, & factit, facinorosè innocentissimos infestando, qui non ex civitatibus solum, sed ex totius terræ finibus ejiciendus, & exterminandus est.

Vbi argumenta adversarij everteris, ad ipsum convertenda erit oratio, idemq; interrogandus, num adhuc insentientia persistat. Post amplificationis causa laudibus extolles Poëtas.

In PERORATIONE excitabis studiosos, ut Poëtas pertulantes & impuros pessundent, honestos vero & graves, tanquam veritatis amantissimos colant.

LXIX. CORPORIS BONA IN VTRAM.  
que partem ut vel maxime noceant, vel  
prosint, habere par  
meritum.

**I**N EXORDIO reprehendes eos, qui intemperie quādam acti quidvis contemnunt, si alicujus delicti subinde prabere videatur occasionem. Mirificè mihi semper eorum placuit consuetudo, qui de re quavis non ante sententiam ferendā putant, quam perspexerint quem in finem ea sit comparata, aut inventa, minimè vero se mihi probat temerarium, & imprudens quorundam quidvis traducendi consilium, quod incommodorū nonnullorum sit occasio: quales & quæ corporis dicuntur bona, quod iis nonnulli sint abusi, nacta sunt immerito censure, quos si brevi oratione refellerē, Corporisque bona in libertatem assererem, & quemadmodum noceant, quemadmodum prosint, monstrare, arbitratus sum me abs re non esse facturum. Vestīū erit A. pro ea, qua estis humanitate, de re velut dome:

domestica dicentem, qua pars est, & attentione & benevolentia prosequi. Meum verè orationem sic attemperare, ut & prolixitas vobis molesta non sit, & quod ad rem pertineat, nihil videatur prætermissum.

NARRATIONIS loco, quæ sint ea, de quibus sermo est, Corporis bona expones. Sunt autem, *forma*, quam in Officiis Cicero dignitatem nominat in viris, venustatem in fæminis: *vires*, seu robur & fortitudo: *valetudo*, & quinque *sensus* exteriores.

CONFIRM. I. Locus *divisione explicabitur*: Vel horum aliqua nunquam habuimus, vel habuimus atque amissimus. Si non habuimus, proderit patienter caruisse, exemplo S. Audomari Episcopi, de quo accepimus, quod cum in cœcitatem incidisset, adeò eam adamaverit, ut sibi visum restitui nollet, atq; cum redditus esset per merita S. Vedasti, à Deo adimi eundem rursum exorarit. Dydymo illi Alexandrino adeò non obfuit esse cæcum, ut hoc veluti instrumento summam adierit doctrinam: secus autem, si impatientia quadam moleste feramus, nobis hæc à Deo data non esse.

*Si vero babuerimus*, virtutum commodissima nobis præstabunt instrumenta, si modò iis rectè uti voluerimus: quemadmodum & contra vitiorum aptissima erunt fomēta, si aliorum quam in quem usum nobis sunt data, conferamus. *Si amiserimus*, exemplum nos Tobiæ sancti; Iob satis docet, & obesse & prodesse posse eorum amissionem. Obfuerint namque viris illis sanctissimis, si uxoribus dicto audientes fuissent.

II. Locus *singula corporis bona expendit FORMA* à Gen. 18, 14. doctis appellari solet virtutis occultæ & latitantis Deut. 2.2. argumentum. Obfuit hæc Paridi, totique vrbi Trojanæ, Menelao, atq; universæ Græcorum nationi. Vires prosunt, si pro Reipub. utilitate iis utamur: uti inter cæteros Romanos Decii, Tor- De Milone,

Vide in Pa-  
nario P. B. 4.  
se il locum de  
Impatientia.

Croton.  
Coll.

quati, Corvini, inter Iudæos Samson, David; inter Christianos Constantinus, Theodosius uterque iis usi fuerunt. Oberunt si imitemur Og regem Basan; (cujus lectus ferreus, Deuter. 3. v. ii. novem dicitur fuisse cubitorum, ) & reliquos gigantes, Babylonios item in cælum usq; erigeret turrim co-nantes. VALETUDO prodest ad Deum promptius colendum Obest ejus prosperitas, divini cultus oblivionem inducens, & ad luxuriam plurimum impellens. Inter SENSUS nobilissimus reliquorum Vi-sus quod obesse queat, satis indicat, quod Christus oculos erui jubeat: si offendiculo sint: quod vero proficiunt, omnium scientiarum inventio argumentum est. Soler enim à Philosophis visus inventionis appellari sensus; quemadmodum AUDITUS doctrinæ, ad quæ illud Paulinum referendum est; Corrumptunt bonos mores, colloquia prava, cupidiarū refrænendarum seu laxandarum sensus Gustus est, ut TACTUS corporis voluptratum.

CONCLUSIO adhortabitur Auditores, tutissimam ut sequantur parrem, & quicquid in singulis totius corporis bonis reperiunt commendandum, id totis viribus & nervis consequentur, quod vero improbum, id velis & remis aversentur.

### LXX. IN LAUDEM ELOQUENTIAE.

**E**XORDIUM Ab officio tuo, quod declarabis communis omnium judicio: Si nullus inveniri potest, qui non optimo jure artis suæ celebret laudes, quis jure succenseat, si in commendationem dicēdūt facultatis, cui inuigilo, nonnulla in medium adferat?

CONFIR. I. Locus, ab honesto. Honestati Eloquentiæ studium repugnare nemo sanæ mētis facile affirmaverit, cū ejus præsidio à brutis non solum animalibus, sed etiā ab ipsis hominibus homines distinguantur. amplificabis hunc locum ab enumeratio-